44

1419 6 Febr.

Martinus eps servus servorum dei Dilectis filiis universis vasallis Monasterii sancti Benedicti de Padolirono ordinis eiusdem sancti Mantuan
dioc ad Roman ecclesiam nullo medio pertinentis Salt et aplicam ben Romani pontificis providentia circumspecta circa statum ecclesiarum et monasteriorum omnium illorum pre
sertim que ad Roman ecclesiam nullo medio pertinent et vacationis incomoda deplorare noscuntur prospicit diligenter et sedis aplice Notariis ut decenter statum suum tenere va
leant de subventionis auxilio providet oportuno. Dudum siquidem provisiones ecclesiarum cathedralium et monasteriorum quorumlibet tunc apud sedem aplicam vacantium et inantea
vacaturorum ordinationi et dispositioni nre reservantes decrevimus extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter continge
ret attemptari. Cum itaque postmodum Monasterium sancti Benedicti de Padolirono quod ad eandem ecclesiam nullo medio pertinet ordinis eiusdem sancti Mantuan dioc ex eo
apud sedem ipam vacavisset et vacaret tunc quod dilectus filius Jacominus Monachus olim Abbas ipius Monasterii omni regimini et administrationi eiusdem cui tunc pre
erat per se ipm in manibus nris sponte et libere cessisset nosque cessionem ipam duxissemus admittendam nos cupientes tam eidem Monasterio de cuius provisione nul
lus preter nos ea vice se intromittere potuerat sive poterat reservatione et decreto obsistentibus supradictis de gubernatore secundum cor nrm utili et ydoneo quam di
lecto filio magistro Guidoni de Gonzaga Canonico Mantuan Notario nro de alicuius subventionis auxilio ut decentius statum suum tenere valeret providere predictum Monaste
rium cuius fructus redditus et proventus Duorum milium florenorum auri secundum comunem extimationem valorem annuum ut idem Guido asserit non excedunt sic vacans ipi
Guidoni per se usque ad sedis aplice beneplacitum tenendum regendum et etiam gubernandum auctoritate aplica comendavimus curam regimen et administrationem ipius Monasterii
eidem Guidoni in spiritualibus et temporalibus plenarie comittentes. Volumus autem quod propter comendam huiusmodi cultus divinus ac solitus Monachorum et ministrorum nume
rus in eodem Monasterio nullatenus minueretur sed consuetis ipius Monasterii ac eiusdem Conventus supportatis oneribus prefatus Guido de residuis fructibus redditibus
et proventibus ipius Monasterii disponere et ordinare libere ac licite valeret sicut veri Abbates dicti Monasterii qui fuerunt pro tempore de illis disponere et ordinare potu
erunt seu etiam debuerunt Alienatione tamen bonorum immobilium et preciosorum mobilium ac illorum que ad divinum cultum requiruntur eiusdem Monasterii dicto Guidoni
penitus interdicta. Quocirca Universitati vre per aplica scripta mandamus quatinus eundem Guidonem Administratorem devote suscipientes et debita honorificentia pro
sequentes ei fidelitatem solitam necnon consueta servitia et iura a vobis sibi debita huiusmodi comenda durante exhibere integre studeatis Alioquin sententiam sive penam quam
idem Guido rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dat Mantue viij Id Februarii

Pontificatus nri Anno Secundo

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 6 (44)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1796920916-16/fragment/page=0001

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1796920916-16/fragment/page=0002

44

1419 6 Febr. Mantua

Martinus eps servus servor dei Dilectis filiis Universis Vasallis Monasterii sancti Benedicti de Padolirono ordinis eiusdem sancti Mantuan
dioc ad Roman ecclesiam nullo medio pertinentis Salt et aplicam ben Roman pontificis providentia circumspecta circa statum ecclesiar et monasterior omnium illor pre
sertim que ad Roman ecclesiam nullo medio pertinent et vacationis incomoda deplorare noscuntur prospicit diligenter et sedis aplice Notariis ut decenter statum suum tenere va
leant de subventionis auxilio providet oportuno. Dudum siquidem provisiones ecclesiar Cathedralium et Monasterior quorlibet tunc apud sedem aplicam vacantium et inantea
vacaturor ordinationi et dispositioni nre reservantes decrevimus extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter continge
ret attemptari. Cum itaque postmodum Monasterium sancti Benedicti de Padolirono quod ad eandem ecclesiam nullo medio pertinet ordinis eiusdem sancti Mantuan dioc ex eo
apud sedem ipam vacavisset et vacaret tunc qd dilectus filius Jacominus Monachus olim Abbas ipius Monasterii omni regimini et administrationi eiusdem cui tunc pre
erat per se ipm in manibus nris sponte et libere cessisset nosque cessionem ipam duxissemus admittendam nos cupientes tam eidem Monasterio de cuius provisione nul
lus preter nos ea vice se intromittere potuerat sive poterat reservatione et decreto obsistentibus supradictis de gubernatore secundum cor nrm utili et ydoneo quam di
lecto filio Magistro Guidoni de Gonzaga Canonico Mantuan Notario nro de alicuius subventionis auxilio ut decentius statum suum tenere valeret providere predictum Monaste
rium cuius fructus redditus et proventus Duor milium florenor auri secundu comunem extimatione valore annuum ut idem Guido asserit non excedunt sic vacans ipi
Guidoni per se usque ad sedis aplice beneplacitum tenendum regendum et etiam gubernandu auctoritate aplica comendavimus curam regimen et administratione ipius Monasterii
eidem Guidoni in spiritualibus et temporalibus plenarie comittentes Volumus autem qd propter comendam huiusmodi cultus divinus ac solitus Monachor et ministror nume
rus in eodem Monasterio nullatenus minueretur sed consuetis ipius Monasterii ac eiusdem Conventus supportatis oneribus prefatus Guido de residuis fructibus redditibus
et proventibus ipius Monasterii disponere et ordinare libere ac licite valeret sicut veri Abbates dicti Monasterii qui fuerunt pro tempore de illis disponere et ordinare potu
erunt seu etiam debuerunt Alienatione tamen bonor immobilium et pretiosor mobilium ac illor que ad divinum cultum requiruntur eiusdem Monasterii dicto Guidoni
penitus interdicta. Quocirca Universitati vre per aplica scripta mandamus quatinus eundem Guidonem Administratorem devote suscipientes et debita honorificentia pro
sequentes ei fidelitatem solita necnon consueta servitia et iura a vobis sibi debita huiusmodi comenda durante exhibere integre studeatis Alioquin sententiam sive penam quam
idem Guido rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactione condignam inviolabiliter observari Dat Mantue viii Id Februar
Pontificatus nri Anno Secundo

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S

Morbio 6 (44)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1796920916-16/fragment/page=0003
DFG